



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Capitvlm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

C A P I T V L V M.

non excitat mentem ad deuotionem, sed ad vana , quod est contrarium actui diuini cultus . Secundò , quia cultus Dei reddendus per canentem, vel pulsanem falsificatur, & isti actus ad pri mā superstitionis specie spectant, qua Deo cultus indebet modo exhibetur. Et quia superstition ex suo genere peccatum mortale est, idēo pulsare, vellantare in diuinis officijs ex intentione, siue mala, siue vana, huiusmodi vana, ex suo genere mortale est. Si quis tamen neciens propter hoc iniuriam facere diuino cultui & si credaret, nullo modo faceret, sed tantum credit esse vanum, & gratia vanar delectationis hoc facit, excusaretur à mortali su perfidioso . Infrā , Organum per totum.

3. Q u i ex intentione inter diuina talia miscer, quæ si exprimeret verbis, à mortali non excusatetur, à grauissimo, & forte mortali peccato non excusatatur, iniuriam enim rebus sacris facit, quod est species sacrilegij , ex alia parte, loco sacro iniuriam infert.

4. S i verò hæc præter intentionē cuiuscunque materia, sed solum intentione soni, vel cantus siant, tunc non erit secundum se peccatum , sed ratio ne vsus, vel eventus potest esse peccatum, vt si usus talis soni est communiter accommodatus ad materiam decentem sacra, vel si ex hoc communiter animi ad vana excitantur: & posset esse mortale, vt si esset multum ad Venerea excitatiuus, vel multum distractiuus. Si tamen in supradictis interuenient scandalum pusillorum, esset dimittendum. hæc ex Caier, in seunda secundæ: quo l. 9. a. viii . Vide infra, Organum per totum . Ambrosius autore Augu li. 9. confes. in ecclesia Mediolan. quoniam instituit, quem nō instituisse, si esset illicitus. Conuetudinem ergo ecclesiæ bonam sequamur.

C A P I T V L V M.

5. I N capitulo prælatis religiosus præ est, sicut iudex ecclesiasticus in foro judiciali super illos, qui sunt suę iurisdictionis, vnde ad ea potest ex precepto

subditos obligare, vt ei pandantur illa proprier quæ potest iudex ecclesiasticus in foro judiciali iuramentum erigere. Tho. q. 1. q. 8. a. 2.

6. C A P I T V L V M sede vacante absoluere ab excommunicatione à iure, vel ab homine, à qua episcopus potest, nisi à sede apostolica sit ei specialiter in terdictum: in c. vnico. de mieo. & obe. l. 6 dare etiam confessorem, & absoluere à casibus Episcopo reseruatis , vt not. Pa. post Fede. in c. eū olim. de mai. & obe non tamen succedit in alie natione. suprà, Alienatio. q. 22. in visitatione tā generali quam speciali, secundum Pa. succedit, licet loan. And. teneat, q. non in generali. in cle. 1. de hiæret. nec in visitatione monasteriorum exemptorum mortaliū, secundū vetiorem opinionem. nec in priuilegijs indultis dignitat, quia priuilegiū non excedit personam. cap. fide. de priuilegijs.

7. C A P I T V L V M consistit in maiori, & saniori parte, idēo totum capitulu dicitur facere, quod hæc pars facit. c. cum in cūfis. de his quæ si. à ma. pat. ea. nisi quādo aliquid commune est pluribus, vt singulis, & nō ut collegiatis, tunc oportet q. singuli consentiant c. omnes de consti. in gl. Secundò, quando maior pars capituli deliquerit, propter quod potestate est priuata. c. cū nobis. de elect. tunc tēta autoritas capituli manet in minori parte, quæ non deliquerit, vt not. Pa. in ea 1. de his quæ si. à n. a. Tertiò, in Romani Pont. elecitio, vbi necesse est duas partes constitire. c. licet. de elect. vſde. c. cum inter de elect.

8. M A I O R & sanior pars capituli dicitur illa , quæ meliori rationi instituit, & pietati c. sana. quippe. d. 9. Stan dum tamen semper est maiori parti, nisi probetur in contrarium. c. nullius. d. 90.

9. S I N E capitulo instituere aliquid, vel destituere, vel negotia ecclesia tractare, prælatus non debet. & est casus literalis in cap. nouit . de his quæ si. à præla , quia prælatus, & capitulum sunt vauum corpus, vt not. Pa. & in fauora-



torabilibus. Vnum comprehenditur his que in iure exprimuntur: vtile et
in alio, non autem in penitibus, & o-
diosis.

⁶ In negotio Ecclesiæ, Episcopus re-
netur petere consilium capituli, sed non
consensum, & gesta per Episcopum sine
consilio, ipso facto, sunt nulla, ut hoc.
Pa. suprà, nisi consuetudine existente in
contrarium c. 3. de consue. l. 6. & nisi
in pariis, quæ per prælatum solù pos-
sunt fieri, ut not. Iacob. in c. f. de ma-
rio. & obediens & nisi causa rationabi-
li, quam arbitratur bonus homo, in
qua prælatus etiam in arduis non te-
netur petere consilium, secundum Pa.
ibidem. Vide Pa. in c. quanto. de his que
sunt à ma. par. c.

⁷ CAPITVL. I cōsensus requiritur
secundum Pa. in d. c. nouit. de his que
sunt à præl. Primo, in alienatione rei
ecclesiæ cathedralis. Inferioris autem
ecclesiæ si Episcopus non alienat, con-
sensus Episcopi, & collegij illius ecclæ-
sia si haberet, requiritur. Secundo, in om-
nibus casibus concernentibus ecclesiæ
præiudicium, requiritur consensus ca-
pituli, & in his que communiter ad
Episcopum & capitulum spectant, &
in concernentibus præiudicium capi-
tuli. c. ad hoc. de offic. ord. regulatiter
autem consilium sufficit, non tamē re-
quiritur in notorijs. Vide aliquid su-
pra, Alienatio. §. 6.

⁸ CVM iura dicant capitulum succe-
dere in iurisdictione, & non distinguant
inter voluntariam, & contentiosam,
teneri potest secundum Pa. capitulum
posse dare indulgentias. de quibus in
c. cum ex eo. de pœ. & re. Si tenetur,
quod sint iurisdictionis, prout commu-
niter tenetur, & de mente S. Thom.
in 4. sen. d. 20.

⁹ Si Episcopus habet autoritatē do-
ctorandi ex priuilegio speciali, hęc po-
testas non transit ad capitulum, secun-
dum Pano. si autem à iure communi
secundum opinionem, quam sentit
Host. ut not. gloss. in cle. 2. de magist.
tunc succedit.

¹⁰ IN capituli tractatibꝫ nō est necel-
faria canonorum subscriptio regu-
latiter, ut d. Pan. in d. c. quanto. nū in

his que in iure exprimuntur: vtile et
men est secundum Bald.

C A R C E R.

¹ C A R C E R i aliquem tradere, vel
quomodounque detinere, non
est licitum, nisi fiat secundum ordinē
iustitiae, aut in pœnam, aut in caute-
lam alicuius mali vitandi, secundum
Tho. secunda secundæ. q. 65. a. 3. De-
tinere autem aliquem ad horam ab
aliquo malo statim per eum perpe-
trando, ut cùm quis aliquem includit
ne se occidat, vel similia, cuilibet est li-
citum, & qui secus faciunt, secundū
leges puniuntur. C. de priua. carce. l.
vnica. Et tales tenentur de damno, &
iniuria. c. pœna. 14. q. 5. & mortalitez
peccant, quia notabilem iniuriā proxī
mo infertunt, ut pœna priuando eum li-
bertate.

² C L E R I C V M inuestum de nocte
familia prætoris potest capere, & detin-
nere, secundum Panor. in c. vi fame.
de sen. exc. quia verisimiliter potest ti-
mere delictum committendum: Nec
incurrit excommunicationem, si post-
modum præsentat suo prælato, quia
hic nō potest notari diabolica fusio.
Idem videtur de capiente clericū de-
bitorem suum fugientem. Imò, ut d.
Inno. habens clericum seruientem su-
spectum de furro, potest illum detine-
re, scilicet ad tempus, ut præsenter
Prælato. Infrā, Excommunicatio pri-
ma.

³ I N C A R C E R A T V s iustè pro de-
bito, vel alterius offensa citra morte,
non potest fugere, sed tenetur facere
penitentiam, & satis facere. Si verò ad
pœnam sanguinis detinetur, potest fu-
gere sine offensa, vel relistentia alteri,
aliter non potest sine peccato fugere,
nec frangere carceres, secundum Th.
ij. ij. q. 69. a. 3. licet Hen. de Gan. quol.
9. a. 25. dicat, quod non licet frangere
vincula, &c. quia hoc esset resistere
iudici. Sed hoc impugnat. Caic. ibi, se-
cunda secundæ. dicens, quod potest
frangere vincula, &c. & alij ad quos
non pertinet eum custodire, possunt
adiuuate ministrando instrumenta,
ut limam, malleum, &c. Aliud enim

cst

